In dei nomine et eius gratia. Notum sit omnibus hominibus presentem paginam inspecturis. quod Ego Henricus dei gratia Rex Toleti et Castelle. attendens utilitatem Toletane Ciuitatis. et regni mei. et ut esset uia tuta que uadit de Toleto ad oraculum. do et concedo et ecclesie Toletane. et uobis domno Roderico Toletano archiepiscopo. hyspaniarum primati. et successoribus uestris villarem de Polgar cum omnibus terminis suis. et aquis. cum ingressibus et egressibus suis. et cum montibus et pascuis. ut predictam aldeam libere et pacifice uos et ipsa ecclesia in perpetuum possideatis. Siquis uero hanc cartam infringere uel diminuere in aliquo presumpserit. iram dei omnipotentis plenarie incurrat. et cum Iuda domini proditore penas sustineat infernales. et regie parti mille aureos in cauto persoluat. et dampnum uobis super hoc illatum restituat duplicatum. Facta carta apud Burgis. Era. M. ccliii. viii. die nouembris. Et ego predictus Rex regnans in Toleto et Castella hanc cartam quam fieri iussi. manu propria roboro et confirmo.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Tellius | palentinus | eps. | cf. |
| Rodericus | Segontinus | eps. | cf. |
| Melendus | Oxomensis | eps. | cf. |
| Iohannes | Calagurritanus | eps. | cf. |
| Mauricius | burgensis | electus | cf. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Comes | Aluarus | Fernandus | cf. |
| Rodericus | | Didacus | cf. |
| Lupus | | Didacus | cf. |
| Rodericus | | Rodericus | cf. |
| Petrus Fernandi merinus regis in | | Castella | cf. |

Petrus poncii domini regis notarius. Didaco garsie existente cancellario. Petro scriptori scribere iussit.

1171